Ego autem cum iustitia apparebo in conspectu tuo satia-
bor cum manifestabitur gloria tua. V. Exaudi domine iustitiam me-
am intende deprecationem meam. Ad dominum cum tri-
bularer clamavi et exaudivit me
V. Domine libera animam meam a la-
biis iniquis et a lingua dolosa
Domine in auxilium meum respice confundantur et revereantur
qui querunt animam meam ut auferant eam. V. Exspectans
exspectavi dominum et respexit me et exaudivit depre-
cationem meam.
Avertantur retrorsum et erubes-
cant qui cogitant michi mala. Tractus Tu
domine servabis nos et custodies nos a generatione hac in eternum.
V. Ex domini ineprehensibilis convertens animas testimonium domini fide-
le sapientiam prestans parvulis. V. Celi enarrant gloriam dei et
opera manuum eius annuntiat firmamentum. Gr. Bonum est
confiteri domino et psallere nomini tuo altissime
V. Ad annuntiandum mane
misericordiam tuam et
veritatem tuam per noctem
Illumina oculos meos ne quando obdormiam in
morte ne quando dicat inimicus meus pre-
valui adversus eum. V. Usque quo domine
oblivisceris me in finem quamdiu ponam consi-
lia in anima mea. Respice in me et exau-